



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 78. Hispani placati, ex adverso Germani ad seditionem propensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

bonium cum residuis pecuniis adven- Sæcul. XVI.  
A.C. 1525.  
turum.

Nec promisso fides deerat; quippe  
biduo post Borbonii Dux cum sex milli-  
bus selectioris militiæ advenit, nondum-  
que octava effluxerat dies, cum alia qua-  
tuor milia accurrerent, ut sic Cæfareo-  
rum exercitus tam validis suppeditis au-  
ctus Gallos numero longe superaret;  
Franciscus enim exercitus sui vires plu-  
rimum diminuebat, eoquod unum, id-  
que numerosum agmen ad Neapolis Re-  
gnum, alterum vero Savonam misisset.

### §. LXXVIII.

*Hispani placati, ex adverso Germani  
ad seditionem propensi.*

Ceterum Lanoyus Neapolis Prorex  
haud parum angebatur, ut suorum  
militum querelas sedaret; nam hi de-  
ficiente ære militari seditionem molie-  
bantur. Istos ergo ut placaret Piscarius,  
cum optime nosset, qua ratione Hispa-  
ni milites facile expugnari possent, ava-  
ritiæ satiandæ occasionem illis ostendit,  
vos quidem inquietabat, macti virtute e-  
stote; intuemini Gallorum exercitum Mem. du  
Bellai l. 2  
quaquaversus dispersum, ad quem de-  
lendum vix gladio opus erit, ubi omnia Guice. l. 15.  
hostilium castrorum spolia vobis offe- Belcar. l. 181.  
runtur, quorum copia vos una die ma- Le Feron.  
contin. de l'  
histoire de  
P. Emile.

Kk 5

gis

**Sicut XVI**  
**A. C. 1525.**

gis locupletabit, quam si toto vitæ tempore stipendia mereremini; hostium vestrorum castra nonnisi ejusmodi milites defendunt, quos frigoris immanitas, ac gelidissima hyems adeo constrainxit, ut gerendis armis ferme inepti sint, itaque bellum strenue prosequi pergit, dum omnes Gallorum divitiæ vobis victoria parantur. Eadem ferme oratione Borbonii Dux Germanis, quibus duobus pene abhinc annis sua studia addixerat, animum reddidit: quapropter Hispani ex primævo naturæ vitio honoris cupidi & avari (\*) non modo iram ponebant, sed etiam alaci prorsus animo quantocius ad prælium educi petebant. Nec Hispanis Germani fortitudine animi cedere volentes, pari vincendi aviditate pugnam exoptabant, quo circa Borbonii Dux, Neapolis Prorex, & Piscarius unice intenti erant, ut militum suorum ardori satisfacerent, proin illos Papiam duxerunt, ut vel urbem obsidione liberarent, vel Gallos prælio vincerent.

§. LXXIX.

(\*) Moderatus de integra, eaque nobilissima Natione Continuator loqui debuisset; ejusmodi enim conviciandi libertas ipsis etiam Principibus, quamvis mutuo bello implicitis, summopere dispticer, quibus persuasum est, bella ferro geri ac dirimi, non autem acri Scriptorum calamo, nec Personæ aut Nationis, sed causæ inimicos esse.